

liberationem sicut sanctus Andreas
 qui de cruce deponi noluit . et sic de
 alijs (vt meliorem inuenirent resur-
 rectionem) vt quanto grauiora sustine-
 rent pro christo. tanto gloriofius co-
 ronarentur. Alij vero ludibria et per-
bera expti. insuper et vincula et car-
ceres lapidati sunt vt hieremias et
 zacharias filius ioiade (secti sunt) si-
 cut Esaias ferra lignea ex iussu regis
 manasse (tentati sunt) scz promissioni-
 bus persecutorum et blandimentis
 munerz. vt ad ydolatriam inclinarentur
 in occisione gladij mortui sunt) qz mul-
 ti in veteri testamento nolentes con-
 sentire in ydolatriam gladio percus-
 si sunt. Et omnia iam enumerata etiam
 in nouo testameto sanctis martiribus
 et etiam virginibus contigerunt pro-
 pter fidez domini nostri iesu christi
 Post hoc descendit ad heremitas et
 sanctos qui no effuderunt sanguinez
 suum propter fidem catholicam dis-
 cens (Circuierunt) per deserta et p
 multa mundi loca (in melotis) Vbi no
 tandum q melota est animal cuius
 pellis e hispida sicut pellis hericij
 (et in pellibus caprimis) Nam illis
 pellibus tegebantur sancti id est ho-
 mines siluestres viuentes in desertis
 locis. sicut helias et sanctus Iohan-
 nes baptista. et sic de alijs (egentes
) scilicet necessarijs (angustiati) scilicet
 et anxietatibus (afflicti) laboribus
 et pressuris (quibus) id est quoz co-
 uersatione z habitatione (dignus no
 erat mundus) id est amatores mun-
 di non erant digni tantorum viroz
 presentia (in solitudinibus errantes
 et in montibus et speluncis et in ca-
 uernis terre) speluce a natura facte
 sunt Cauerne arte vt casu facte sunt

Talia enim loca inhabitabant antiqui
 patres vt essent in loco apto diuine
 contemplationi (et hi omnes) scilicet
 predicti sancti (testimonio fidei) id e
 fide eorum attestante (probari) id e
 probabiles (inuenti sunt i christo iesu
 domino nostro)

Sequitur nuc epistola de vno
 cofessore et potifice. Eccl. xliiij

Ecce sacerdos magnus
 qui in diebus suis pla-
 cuit deo et inuentus est
 iustus. et in tēpore iracūdie fa-
 ctus est recōciliatio Non est in-
 uentus similis illi. qui cōserua-
 ret legē excelsi. Ideo iureiurā-
 do fecit illuz dñs crescere i ple-
 bem suā Benedictionez omniū
 gentiū dedit illi. et testamētuz
 suum confirmauit super caput
 eius. Cognouit eum in benedi-
 ctionibus suis. conseruauit illi
 misericordiam suam. et inuenit
 grām coraz oculis domini. Ma-
 gnificauit eum in conspectu re-
 gum et dedit illi coronam glo-
 rie. Statuit illi testamētū eter-
 num. et dedit illi sacerdotium
 magnum. et beatificauit illum
 in gloria. Fungi sacerdotio et
 habere laudem in nomie ipius
 Et offerre illi incensum dignū
 in odozem suauitatis